

1529. 24. Julii.

Ex. Ms. arch. Stan. Aug. Leg.

Sigismundus primus rex Poloniae  
Petro Tomicki episcopo Cracoviensi Vice. ex.  
Christophoro de Szidlowiec, castellano et  
capitano Cracoviensi, regni Poloniae  
cancellario,

117

Reverendissime Spectabilis, et Magnifice  
sincere nobis dilecti. Ex Serenissimorum Fran-  
cie et Ferdinandi Oratores vno communicarunt  
ea, de quibus jussu principum suorum no-  
biscum per literas agunt, gratum nobis est,  
sed acceptius fuisset, si vestra S. consilium  
suum nobis etiam prevenissent in iis  
prevertim, quae Serenissimus rex Ferdinan-  
dus a nobis postulare videtur, licet jam ad  
quaedam nos quidem, dum hic coram egis-  
set dominus Sigismundus, responderamus,  
et eadem ferme etiam nunc repetenda erunt,  
quae medio vestrarum S. significare illi sa-  
cuis duimus, quam ut literis de tantis nego-  
tiis cum eo agere debeamus, cui scribi jus-  
simus accepturum eam mentis nostrae de-  
clarationem ab vestris S. quibus rem de mit-  
tendo ad Turciam nuntio, ut olim apud nos  
tractata et habita sit, qualiterque agendum  
denuum putaremur recensere hisce volumus.  
Sed imprimis quod attinet mutuum nomi-  
ne Serenissimi regis Ferdinandi positum  
respondendum erit. Nos non habere tan-  
tam copiam, coacte, et repositae pecuniae,  
qua possemus gratificari aue Majestati  
neque

neque enim sinunt maxima et quotidiana  
impendia, quae in reprimendis incurvibus  
Tartarorum et aliarum gentium facere cogi-  
mur, ut Thevaunipennus. Accedere ad haec indu-  
cias et foedera non pridem inter nos et Tur-  
cam inita, quae cum Sanctissimè doceant eti-  
am Gentilium praecepta observari, neque fas  
sit fidem et hosti datam non servare, et  
subinde neque suppeticas ullas nos face-  
re posse adversus Turcas. Serenissimo regi  
Ferdinando dederamus in responsis, unde  
facile perpendi potuit nobis integrum non  
esse mutuo aliquo pecuniario, sublevare  
Majestatem illius Principis, nisi forte bo-  
nus vir eveniri debeat, qui clancularium ad-  
missum simulatione tegeret, haud Christiano  
Principi decorum, quod gentili turpè im-  
putaret. Sed quomodo occultari posset officium  
nostrum, cum vel arces pro pignore  
à Serenissimo rege Ferdinando accipere, vel  
à Tocaris mutuum sponcione acquirere  
debeamus. Quamvis non omnino nobis  
persuadere possumus Tocaros, cum quibus  
paucula negotia unquam habuimus, ne-  
que illi in ditione nostra aliquas possessio-  
nes habent, pecuniae grandem aliquam  
summam mutuatam absque sufficienti pi-  
gnore, neque intelligimus, quamobrem non  
citius malint Serenissimo regi Ferdinan-  
do, quam nobis tali obsequio gratificari.  
Cum ejus Majestatis gratia, sit illis ma-  
gis

gio ex una quam nostra futura, faciliusque illis per Majestatem suam, quam per nos de securitate solutionis caveri posset.

De Nuntio ad Imperatorem Turcarum conabatur dum hic esset dominus Sigismundus nobis persuadere, idque ut ille dicebat de mente Duntaxat domini episcopi Tridentini, ut mitteremus aliquem ex subditis nostris prudentem Dexterum, et qui adverse parti non esset nimium affectus, medio cuius ageremus apud Turcas pro induciis et Truqis cum Serenissimo rege Ferdinando. Adjecerat, et conditiones eandem ferme, quas nunc quoque Descripsit, per quas ad inducias perveniri debeat. Ad quod ei tunc responderamus, nihil quidem nobis magis, ex mente et desiderio nostris esse, quam ut hoc obsequio possemus commodare Serenissimo regi Ferdinando et Christianae republicae, non ignari praesertim quantum sit aucta potentia Turcae, quumq; secundis gaudeat et floreat successibus. At cum ille neque literas fidei, neque vos dignificationem ullam à Serenissimo rege suo habuissemus, non videbatur consultum, ut rem tantam fuisset aggressi, priusquam certiores cautioresque facti essemus, de voluntate et consensu Principis sui. Dum verò ille affectum, et desiderium nostrum, ac propensionem animi nostri Serenissimo regi suo significaturum

turum se recepisset, institissetque, quo principem  
suum certum securumque reddere potuisset.  
Nos videlicet Misuros cum ipsorum Nuntium  
ad Turcam mox, ubi nobis cautum esset de  
mente et voluntate principis sui. Ad que  
item illi responsum est à nobis rem quidem  
inceptam seriùs, quam ut opinione nostra  
ullum profectum jam esset paritura, quod et  
tempus belli gerendi instaret, famaque con-  
stans haberet Imperatorem Turcarum propria in  
persona Hungariam magna cum potentia  
ingressum, et quem assecutus esset nuntius no-  
ster non alibi quam in castis et Hungaria,  
unde quod ullis persuasionibus reduci pos-  
set vix credibile apud nos esset, quod me-  
moria teneamus serenissimum olim Paren-  
tem nostrum non potuisse efficere precibus  
apud predecessorem hujus Imperatoris Turca-  
rum, ut avertens à profectioe in Valachiam  
ad sua redire voluisset, vel ob id maxime  
quia pene jam inter destinatum consecerat.  
Qui obsecundatus quidem erat, ut tum age-  
bat votis Parentis ejusdem nostri, si in Constan-  
tinopoli minusquam inde movisset preventus  
fuisset, sed tunc cum jam tanto impendio  
exercitum eduxisset, redire inferto negotio  
penè ignominiosum sibi reputabat. Quod si  
tamen staret sententia serenissimo regi Fer-  
dinando, ut nuntius proficereatur, etiam si  
assequi Debeat Turcam in media Hunga-  
ria, nos non reluctaturos, ut obsecundare  
mus

mus Principi amico, cui et felicitatem optaremus  
 quo accepto, ille demum petiit, ut quod reli-  
 quam, quodque de Principis sui mente esset  
 nobiscum perfici possit medio Magnifica  
 Castellani Sacovienis, cui petitioni etiam libenter  
 assensum prebuimus, Nunc tandem agit no-  
 biscum per literas nomine Serenissimi regis  
 sui, significans principem suum velle hoc  
 consilio aggredi imprimis Turcam, ut vel cu-  
 ra nostra sibi suisque papem parare pos-  
 set, nos etiam summe optaremus operas no-  
 stras non inanes futuras. Sed plura sunt, que  
 nobis pavorem ineunt, quibus tamen abduci  
 nolumus, quin impendamus et sumptum et  
 operam, ut agnoscat Serenissimus rex Fer-  
 dinandus per nos non stare, quominus  
 desiderio suo quantum in nobis est fieret  
 satis. Quia vero Nuntius Noster transiturus  
 est Valachiam, etiam forte Transalpinam, non  
 enim esset cautum, illum per Hungariam  
 proficisci, quod iter fortasse compendiosius  
 esset, opus censimus prius saluum condu-  
 ctum pro nuntio nostro ab Imperatore Turcarum  
 obtinere pro quo Basilium Armenum sine  
 missuri sumus. Nam iussu nostro cum Ora-  
 tore Turci huc venturus est propediem, ut eo  
 interprete utemur cum alium Lici habeamus,  
 neminem, neque tamen moram ullam facie-  
 mus in mittendo illo. Interim tamen do-  
 nec ille redierit cum salvo conductu manda-  
 vimus ut Generosus Petrus Gratien'sis Castel-  
 lanus

lanus Londeni se itineri illi accigat. Legationem vero Sinceritatis vestra ex collatis mutuo consiliis eum domino Sigismundo conscribant negotio et tempore consilium vestrum prudentia vestra accommodandum, conditiones quibus res transigi debeat declarabit dominus Sigismundus. Admonitus tamen volumus epe vestras S. minus aut terroribus in legationem non obstrepent. Juro, ut videlicet illi debeat poni ob oculos Christianorum potentia Duorum istorum Principum, et summa felicitas et fortunarum amplitudo, non ista redire solent Pagani, et illis enumerandis, quemadmodum ad nos scripsit dominus Sigismundus, potius gentes istae effera exacerbantur, quam mitigantur, quod ut fama fert, experti sunt serenissimi regis Regis Ferdinandi apud Turcas anno superiore Oratores. Quia tamen Caduceator iste Vasit immensuras est iter non breve, et proinde non statim ad nos reversurus, poterunt interea temporum S. vestra etiam nobis transmittere exemplum institutionis pro nuntio per vos conscriptae. Cui illud addendum putavimus ut si Deus votis nostris aspiraverit, et Turcas non reluctaretur foedus inire cum serenissimo rege Ferdinando succurrerentur, tum oratores sui, qui reliquum perficerent et concluderent. Sed haec et alia quae ad rem maximè pertinent, vestra prudentia, et fidei committimus. Dominus Dux

Con Grator Christianissimi regis, Significavit nobis  
 ex Cracovia habere se quedam in commissis  
 à rege suo, postulatque ut illi declaremus,  
 velimusne ut literas et Mandata Principis  
 sui nostris illi Consiliaris communicaret.  
 Cui rescribi mandavimus ut quae habet, ex-  
 ponat vestris S. quibus committimus, ut eo  
 exaudito, rebusque ab ipso intellectis nobis  
 prescribant omnia vestra S. Simul et consili-  
 um suum, quemacmodum nos facere aut re-  
 spondere censuerint, ibi res ab illo recensite  
 dicto aut facto opus haberent. Facture vestre  
 S. pro officio suo et gratia nostra et bene va-  
 leant. Datum Vilna vigesima quarta Julii  
 anno Domini MDXXIX.  
 Sigismundus rex.

